



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Ecclesia monstrosa distracta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

testatur, elementa loquuntur, demones confitentur. Sed longè altior mægera seu insania de huius ueritate addubitare, maxime uerò & extreme dementia est, ibi nos nolle collaborare ubi à labore itur ad mercedem, quàm ubi à labore itur ad supplicium.

ECCLESIA MONSTRO

sa, distracta & diuisa est in uerbo.

DE ANTIchristi uerò mabhela seu synagoga (quæ & Iudæorū & priscorū, tum nouissimorum eorū, qui Christum et huius sponsam persequuntur corona est) loquitur dominus, Psal. 25. Odiui ecclesiā malignantiū, & cū impijs non sedebo, &c. At obijcitur: prædixit Christus suis Apostolis, dicens: Multi dicent uobis, ecce hic est Christus, ecce illic est, magna erūt disidia dogmatum, & quælibet pars gloriabitur se habere ecclesiā. Quid tali tempore faciendum erit? quis poterit iudicare quæ pars adhercat ecclesiæ Dei? nam alteram partem errare ratio efflagitat. **SCIENTVM** itaq; ueram Euangelij doctrinam, & ueram sacramentorum administrationē, non esse nouā, sed peruetustam, perpetuoq; ab Apostolis et successoribus in ecclesia

Quæ pars
adhæreat
Ecclesiæ
dei.

ita usitata. Igitur, qui probauerit se eandem habere doctrinam, & eadem sacramenta, quae habuit uetus ecclesia, ille uerissime catholicus censendus, & militiae Christi adscriptus est, extra Antichristi Synagogam & *Ἰουδαίου* uiuit.

Quod si dixerint aduersarij nostri, ut repetam, (lectio enim repetita tenacius haeret,) nos non habere ecclesiam, age dicant nobis, ubi illi baptizati sint, et unde Euangelion accepert: dicant item, ipsi ne à nobis, an nos ab illis desciuerimus?

Quod si ista doctrina uestra, *Husita*, & haec ecclesia Christi est, necesse est primitiuam ecclesiam & Apostolicam doctrinam Christi non esse, nam ex Diametro disident.

DI Stortores scripturae potissimum qui.

Ecclisiae uero spurij quomodo distracti sint, testantur partium scripta, Deus enim eos confundit in sua pertinacia. De incarnatione uerbi, an non crudeliter alter in alterum inuehitur? Legant pij Partium scripta, & iudicabunt, me certe hic nihil confinxisse. De paranympho ipso **CHRISTO IESU**, quid multi friuole tradiderint, hoc est, quam impie scripta

C 2 scripta